

See <https://www.canonlaw.info/canonlawcomp.htm>

- Francis (reg. 2013-), m. p. *Magnum principium* (03 sep 2017), AAS 109 (2017) 967-970. ▪ Latin, Eng. on-line [here](#). ▪ Summary: Increases authority of episcopal conferences over development of liturgical translations. Cites: CIC 0838.

| | |
|---|---|
| <p>CIC 0838. § 1. Sacrae liturgiae moderatio ab Ecclesiae auctoritate unice pendet: quae quidem est penes Apostolicam Sedem et, ad normam iuris, penes Episcopum dioecesanum.</p> <p>§ 2. Apostolicae Sedis est sacram liturgiam Ecclesiae universae ordinare, libros liturgicos edere <i>eorumque versiones in linguas vernaculas</i> recognoscere, necnon advigilare ut ordinationes liturgicae ubique fideliter observentur.</p> <p>§ 3. Ad Episcoporum conferentias spectat versiones librorum liturgicorum in linguas vernaculas, convenienter intra limites <i>in ipsis libris liturgicis definitos aptatas, parare, easque edere, praevia recognitione Sanctae Sedis.</i></p> <p>§ 4. Ad Episcopum dioecesanum in Ecclesia sibi commissa pertinet, intra limites suae competentiae, normas de re liturgica dare, quibus omnes tenentur.</p> | <p>Magnum 0838. § 1. Sacrae liturgiae moderatio ab Ecclesiae auctoritate unice pendet: quae quidem est penes Apostolicam Sedem et, ad normam iuris, penes Episcopum dioecesanum.</p> <p>§ 2. Apostolicae Sedis est sacram liturgiam Ecclesiae universae ordinare, libros liturgicos edere, aptationes, ad normam iuris a Conferentia Episcoporum approbatas, recognoscere, necnon advigilare ut ordinationes liturgicae ubique fideliter observentur.</p> <p>§ 3. Ad Episcoporum Conferentias spectat versiones librorum liturgicorum in linguas vernaculas fideliter et convenienter intra limites definitos accommodatas parare et approbare atque libros liturgicos, pro regionibus ad quas pertinent, post confirmationem Apostolicae Sedis, edere.</p> <p>§ 4. Ad Episcopum dioecesanum in Ecclesia sibi commissa pertinet, intra limites suae competentiae, normas de re liturgica dare, quibus omnes tenentur.</p> |
|---|---|

(rev. 18 dec 2024)